

1443

C O D I C E S

1444

XXXVIII. fol. 181. p. 2. De duobus generibus hereticorum. Initium: Duo sunt genera hereticorum, de quibus foret Anglia expurganda &c. Sunt hi Simoniaci et Apostatici, qui, subdit Noster, sunt omnes Clerici. Apud Baleum non reperi.

XXXIX. fol. 182. De trinitate. Initium: Superest inuestigare de distinctione &c. ut alibi. Ad calcem iterum semel: M. J. W.

XL. fol. 244. ex Indice praevio: De ydeis. Initium: Tractando de ydeis primo oportet querere &c. ut alibi. Codicis hujus scripti, emendati, marginumque notis instructi adcuratione, qua majori nec S. Biblia possint, aetatem ex ora fol. 127. p. 2. aliquatenus conjicias, ubi legitur: Johannes papa XXIII. fuit in concilio Constancien. pro diabolo inquinato peruersitate per suos Cardinales et totum concilium condemnatus. Anno domini M^o. CCCC. XV.

CCCLXXIX.

899 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 141. 4. per duas columnas scriptus et rubricis distinctus, olimque *Lymburgum* siue *Nimburgum* pertinens, ut praecedens, cujus Pars Altera videri potest, continet *Job. Wiclefi* sequentia: I. juxta Indicem praeuium XXXIII. Conclusiones. Initium: *Cristus deus noster caput vniuersalis ecclesie fuit pro tempore huius peregrinationis homo pauperrimus &c. De*

Paupertate Christi inscribitur Cod. CCCLXXXIV.

II. fol. 18. juxta eundem Indicem: XVIII. Conclusiones. Initium: *Protestor publice ut sepe alias quod propono &c. ut alibi.*

III. fol. 20. p. 2. Incipit *speculum secularium dominorum*. Initium: *Cum veritas fidei eo plus rutilat &c. ut alibi.*

IV. fol. 26. p. 2. *De dyabolo et membris eius et quod nemo dampnabitur nisi fuerit dyabolus*. Initium: *Fertur quendam fratrem inflatum superbia grauiter (ferre?) istam sententiam orthodoxam &c. Aliud initium citat Baleus.*

V. fol. 29. p. 2. Brevia quaedam, quae colligo: 1.) *De fundacione religionis. Salvator noster diligens vnitatem &c.* 2.) *Litera parua ad quendam socium. Amice karissime vobis in nomine (dei) regracior &c.* 3.) *De mendacijs fratrum. Pseudofrater replicant quod non licet sacerdotibus &c.* 4.) *Descriptio fratris. i. Monachi mendicantis. Pseudo frater degens in seculo &c.* 5.) *Conclusio de Officio Regis. Rex debet ex vi sui officij &c.* 6.) *De quatuor imprecationibus (Interpretationibus). Quod clerus regni Anglie secundum ordinacionem &c.* 7.) *De clauibus ecclesie. Quodcumque ligauerit uel soluerit &c. Omnia, ut alibi.*

VI. fol. 31. juxta Indicem praeuium: *De Ve o&uplici super 23. C. Math.* Initium: *Cum sapientia dei patris sit nucliis veritatis &c. ut alibi.*

VII.

1445

P O L E M I C I

1446

VII. fol. 44. p. 2. *Expositio super capitulum Mathei XXIV. de Antichristo.* Initium: *Quia ewangelium istud est multis absconditum &c.* ut alibi.

VIII. fol. 55. *Incipit dyalogus.* Initium: *Cum ydemptitas sit mater fastidij &c.* ut alibi. Adfunt etiam in hoc Exemplo sub finem: *Capitula abstracta per falsos fratres a Dyologo, que communiter non habentur.*

IX. fol. 82. *Incipit supplementum Trialogi.* Initium: *Utrum clerus debuit dotacionem quam modo occupat &c.* ut Cod. CCCLXXXIV. ubi inscribitur *de Dotacione Ecclesie.*

X. fol. 100. *Responsiones ad argumenta cuiusdam emuli veritatis.* Erat etiam adscriptum hujus emuli nomen, sed rursus extritum. Initium: *Quidam socius quem suppono esse emulum veritatis &c.* ut alibi.

XI. fol. 116. *Responsiones ad argumenta Radulfi Strode.* Initium: *Quia secundum philosophum Sanctum est &c.* ut alibi.

XII. fol. 123. p. 2. *Responsiones ad argucias monachales.* Initium: *Quidam doctor utinam veritatis nititur impugnare &c.* ut alibi.

Magnus deinceps foliorum numerus in Codice ductis lineis jam paratus fuit ad plura Opuscula recipienda, sed Librarius manum abstinuit. Ex Epistola in eo reperta, a quodam Simone opificio Vietore (*Beczwarz*) privati negotii causa ad Decanum *Lymburgensem* seu *Nymburgensem*, qui non nominatur, bohemicè *Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

ne anno exarata conjicio, Decanum hunc Collectionis hujus possessorem fuisse, quae Tomis sequentibus continuatur.

CCCLXXX.

Codex membraneus lat. Sec. 900 XV. Folior. 248. 4. ejusdem cum II. praecedentibus conditionis, *Lymburgum*que pertinens haec habet *Job. Wiclefi Scripta: I. Incipit primus liber de dominio diuino.* Initium: *Cum quilibet christianus et specialiter Theologus &c.* Ita sequitur L. II. et III. In Indice tamen praevio dicuntur *omnes incompleti*, cujus causa etiam spatia inter eos relicta puto. Indicati jam sunt alibi.

II. fol. 91. *Incipit liber mandatorum qui est primus in ordine summe suae, et presupponit istos tres tractatus de diuino dominio precedentes.* Vide, quae de Bibliographia *Wiclefiana* notavi ad Cod. CCCXCI. Initium: *Premissa sententia de dominio in Communi &c.* ut alibi. In fine Elenchus Capp.

III. fol. 237. *Incipit Tractatus de statu Innocencie qui est secundus in ordine summe suae.* Initium: *Ut supradicta magis appareant oportet parumper &c.* Ut in Indice praevio Liber praecedens dicitur *completus et perfectus*, ita hic *incompletus* adpellatur. Extat Cod. CCCLXXXV.

In Theca anteriore praeter dictum Indicem scriptum est initio. MCCCLXXXIII.

Q

Hunc